SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

…quos super alleo possessorio et equendo sit expeditioni demandemus Visis primitus et ante omnia per nos ac diligenter inspectis omnibus et singulis actis processibus instrumentis scriptis et munimentis in huiusmodi causa quomodolibet per ambas partes exhibitis et productis quibusque ac eis discussis et diligenter consideratis Iantem D. Petrus Aloysius s.mi d.ni nri pp cursor Retulit in iudicio legitime coram nobis die infrita pro instante dicto dñe Laure Cataste d. Augustinus Paniarola in Rom. Curia causarum ac actis Capitanei Horatij ex adverso principalis procuratorem substituti prout de tue substitutionis mandato in actis Notarij infrascripti legitima extat fides ad quidem defectus iuramenti in supplementum plene probationis quatenus opus sit pure non contendendo et ad ulteriora sententia diffinitiva ac mandatum de immittendo in possessionem bonorum de quibus agitur iuxta formam sententie alias in partibus in favorem dicte dñe Instantis late ac alia quecunque mandata desuper necessaria et oportuna decerni et relaxari pro ut in quibus pretulit illam dicti Instantis eadem d. Laura principalis fuit cuius pretensa qua quidem profatus s.mi d.ni nri pp cursoris relatione ut premittitur facta Comparuit in Iudicio legitime coram Nobis idem dñus Damianus filius et procurator dicte dñe Laure et petens sibi in huiusmodi causa admitti non comparendo neque causam suam legitimam allegando contumaciam accusavit ac eandem contumaciam reputari et in eius contumaciam dictam dominam Lauram eius principalem stante quod agitur super meo possessorio in possessionem realem actualem et corporalem dicti petiti Terre de quo agitur immitti iuxta formam sententie per dictum dñum locumtenentem Sancti Gemini late ac mandati desuper necessarii et opportuni decerni et relaxari per Nos debita cum instantia postulavit Nos Iure Laurentius Celsus Iudex et Commissarius prefatus dictum Augustinum Paniarola procuratorem non comparentem neque huiusmodi dicte sententie cassari licet [illegible] et pro ut erat de exigentia iustitia pro contumace reputavimus etenim dictum contumaciam attendentes postulationi dicti d.ni Damiani procuratoris Instantis fore iustam et rationi consonam et quod iusta petenti non est denegandus assensus eandem dominam Lauram vel pro ea eius legitimum procuratorem in possessionem realem actualem et corporalem dicti petiti Terre iuxta pretensate sententie per prefatum mag.cum dnum locumtenentem s.ti Gemini late cuius formam continentiam et tenorem immittendo dum damus et immittimus prout immittimus presentium per tenorem **Quarrouter** V.o Mag.cum d. locumtenenti suffti et parte nra immo ut eius dñi Ill.mi et R.mi dñi Cardinalis auctoritate qua fungimur nobis attributa requirimus et cortamur ac in d.ni attente rogamus quatenus statim visis, exceptis pretibus vos vel quicunque superadictos fructus et pro parte dicte d. Laure fructus requisiti eandem d. Lauram vel pro ea eius legitimum procuratorem in possessionem realem actualem et corporalem dicti petiti Terre immittatis, dicti mag.cus dñus locumtenens sententiam latam forma continentem et tenorem **In quorum** omnium et singulorum fidem cas pites nostras presentes fieri et pendenti nostri infrascripti subscribi sigillo nostri quo in talibus utimur fecimus appensione munitas. **Datum** Rome in edibus nris sub anno a Nativitate dominj millesimo quingentesimo sexagesimo octavo Indictione Undecima Pontificatus s.mi in Xpo patris et d.ni nri dni Pij divina providentia pape quinti anno Tertio presentibus ibidem dnis Joanne de Lapenzis et Joanne Paulo de Archivij Rom. Cur. Scriptoribus Testibus ad premissa vocatis habitis atq. rogatis

Et ex[illegible] petitoque pacte in territorio sti Gemini sub Vocabulo s.ti Laurentij iuxta res et bona Heredum [illegible] et res et bona marianelli Nicolai de detta Terra Vt [illegible] subsequitur Appob. p. Fab. notis.

Ego Fabius Carrarinus Archivij Rom. Cur. Scriptor. Quia premissis dño existente: Seo hac pris pub.ca mandat instrumentum subscripsi et pub.ci rogatus exe-
gissimus publicavi.

L. Celsus

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR